ecclesiis. pro di ministris & populo xpiano. & con
signans se signo xpi. fecit ad dextris suis scam uirginē.
rogans ante se debere consummari. Coepit ergo
cyprianus gratias agere do dicens. Benedictus es
qui suscepisti animam ancillae tuae. & me peccato
rem iube cursum consummare. Theognitus quidā
xpianus peregrinus ueniens & uidens scm cypri
anum quia ducitur decollari. currens osculatus
est eum. Ferunt quidam cognatus regis. uidit
theognitum osculantem cyprianum. & iratus
iussit eum decollari. Consūmati autem in dno con
summauerunt martyrium cyprianus iustina & the
ognitus. Ferunt uero iussit corpora eorum canib.
proici. Fecerunt uero corpora dies sex. & non te
tigerunt ea ulle bestie. Nautę uero fideles ex
prouincia theogniti nocte uenientes cum dormi
unt. scorum corpora furati sunt. & leuauerunt
in nauem suam onus pretiosum super aurum mul
tum. & nauigauerunt de nicomea ad romanam
urbem. ferentes reliquias cypriani & iustine uir
ginis. & theogniti martyrum. Attulerunt pre
tiosa munera romę. Suscepit autem haec sca cor
pora rufina religiosa urbis matrona. de genere
claro. In quo loco demoniaci curantur. & uarias
infirmitates accipiunt sanitatem eorū meritis.
glorificantes patrem & filium & spm scm. in saecula
saeculorum. Amen. EXPL PAS SCI CY
PRIANI MAR. ET IUSTINĘ UIR.

INCIP PAS BEATISSI MAR
LUCIAE ET GEMINIANI.
MEN SEP DIE XVI.

XXX VIIII IMPERANTE DIOCLETIANO ET MAXI
miano sepuer in urbe roma. Anno tertio decimo
imperii eorum seua persecutio aduenit. ita ut n̄
[...]uitas non uicus non habitatio remaneret. ubi ido
lum iouis non erigeretur. Edicto proposito ut qui
inue[n]tus esset nominans xpm. diuersis poenis in
[ter]ficeretur. Erat autem beatissima martyr lu
cia pe[...]ens in uiduitate sua. per annos triginta sex.
Erant autem omnes anni uitae eius. septuaginta
quinq. Audiens igitur sca di lucia impium edictum
procidit in orationem dicens. Eripe me de inimicis
meis dne ds meus. & ab insurgentib. in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem. & de uiris san
guinum libera me. & dum complesset orationem.
coepit cogitare de do. Erant enim imperatores seden
tes in soliis suis. agentes ea quae di non sunt. poenas
proponentes aduersus eos qui xpm diligunt. Tunc
beatissima martyr lucia ad filiū suum euprepium
ait. fili ecce tempus paratum ad palmam. ecce lux
data ad uitam. derelinquamus simulacra demonū
qui perdere possunt liberare autem non ualent. & ad
oremus dnm ihm xpm qui potest & animam & corpus
liberare. Euprepius respondit. mater deleras. ut
illum xpm confitearis qui dicitur flagellis cesus. spi
nis coronatus. felle cibatus. aceto potatus. cum latro
nibus crucifixus. & a ministris suis de sepulchro fura
tus. Cui sca lucia dixit. fili. fiat tibi secundum pro
phetam dicentem. obscurentur oculi eorum ne uide
ant. & dorsum illorum semper incurua. qui hanc
loqueris aduersus dnm iniquitatem. Tunc euprepius
filius eius cursum arripuit per plateam ciuitatis.
quousq. ueniret ad palatium diocletiani & maximi
ani imperatorum. & sic coepit dicere. Piissimi im
peratores. uos posuistis decreta uestra. ut omnis
homo habitans urbem offer[re]t [...]tura diis omnipo
tentibus. qui subueniunt omni mundo per quos mun
dus floret. hos ergo omittens mater mea abnegat
& seductorem illum xpm confitetur. Tunc diocletia
nus imperator iubet eum ingredi in cubiculum suum
& ad dextris suis sedere praecepit. dicens ei. fili nos
credimus matrem tuam cultricem deorum uerā es[se]
nunc ergo quomodo cognoscemus. si uerum est hoc
quod dicis. Euprepius respondit. Piissime impera
tor. credis quia mendacium loquor tibi. abstrame
ut ego mentior in aspectibus tuis. Tunc diocletianus
imperator iubet gebal adsessorem suum ad scam di
luciam abi[re] ut conuenta ante imperatorē adduce[retur]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0256